

cum fuerit de spe sua res ac-
cepturi sumus mercedem de-
narium. Ipa enim merces
reducitur operarius munera
laborantibus secundum eua-
gelium quod credo remem-
bera. Neque enim omnia com-
memoranda sunt tamquam
rudibus et imperitis. **Salv**

ne mortis et opum mi-
raculis imbuebat. ut de-
et unigenitus dei et filius
hominis crederetur. Nam
unum horum sine alio au-
non poterat ad salutem
et equis erat. Proinde co-
mum illum fuisse. aut
dum tantummodo sine
omne. aut. **Salv**

nos



Tom. *Pruell.* 59.

~~G. 17. 2.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-42.

SIGNAT. CLDCCCXIII.

B. 17.



13
D I V I N A F A V E N T E
G R A T I A.

PRÆSIDE REVE-
RENDO ET CLARISSIMO
mo viro, Dn. Andrea Musculo, S. Theolo-
giæ doctore, & professore Academiae Fran-
cofordianæ & Ecclesiarum Marchiæ Su-
perintendente generali, pro consequendo
gradu Doctorum in Theologia, in pub-
lica disputatione ad sequentes pro-
positiones de **LIBERO AR-**
BITRIO responde-
bunt.

M. Iacobus Colerus.
M. Urbanus Pierius.
M. Andreas Prætorius.
Die 10 Maij.



FRANCOFORDIÆ AD ODE-
ram Anno regnantis gratiæ 1576.

O I N V E N T A R I U S

LIBRARIÆ

PRÆSIDIÆ REVERENDISSIMÆ

ACADEMIÆ ALTAUSIENSIS

IN ALTAUSIA

IN SILESIA

IN REGNO BOHEMICO

IN REGNO MORAVIAE

IN REGNO SILESIAE

IN REGNO GALICIAE

IN REGNO CRACOVIAE

IN REGNO POLONIAE

IN REGNO LITHUANIAE

IN REGNO RUSSIAE

IN REGNO TURCIAE

IN REGNO PERSIAE

IN REGNO INDIAE

IN REGNO SINAË

IN REGNO JAPONIAE

IN REGNO CELEBICAE

IN REGNO MALACCAE

IN REGNO SINGAPORE

IN REGNO AUSTRALIAE

IN REGNO ANTARCTICAE

IN REGNO AFRICAE

IN REGNO ASIÆ

IN REGNO EUROPAE

IN REGNO AMERICAE

IN REGNO OCEANIAE

IN REGNO ANTARCTICAE

IN REGNO AFRICAE

IN REGNO ASIÆ

IN REGNO EUROPAE

IN REGNO AMERICAE



DISPUTATIO DE LIBERO ARBITRIO.

*Pro defensione sequentium 36. positionum respondebit
M. IACOBVS COLERVS.*

I.
Liberum arbitrium scripturæ sacre ignotum, à Pelagianis, Scholasticis & Monasticis Doctoribus assertum, quod & hodie suos, sub instaurata doctrina fidei & Euangelij luce accensa, habet propugnatores, dicitur esse vis voluntatis, quæ potest à seipsa velle & nolle, verbum & opus Dei.

II.
Seu dicitur esse facultas & potentia intellectus, voluntatis, & affectuum, qua homo rationalis hanc suam vitam regit, & regere potest, iuxta humanæ voluntatis decretum, non solum in rebus politicis & Oeconomicis, verum etiam spiritualibus & diuinis.

III.
In hac vero significatione sumptum, facit ex homine Deum, voluntate & potestate sua
A 2 agen-

agentem, & exequentem ea, quæ ad vitæ æternæ hæreditatem parandam & consequendam pertinere videntur.

IIII.

Est enim liberum arbitrium nomen planè diuinum, non homini, sed soli maiestati diuinæ competens. Ea enim sola potest & facit omnia, quæ vult, in cœlo & in terra.

V.

Ad hominem vero animale quod attinet, illi tantummodò seruum tribuimus arbitrium.

VI.

Quòd eius cogitatio (postquàm originale malum in mundum, & in omnes homines ingressum est) seu ipsum figmentum cogitationum cordis humani tantum malum sit, omni tempore, ab ipsa etiam adolescentia.

VII.

Rectè igitur cum scriptura dicimus, hominem nihil esse nisi peccatum, in peccatis conceptum & natum, ad bonum planè mortuum, malum tantum concupiscere & velle, & ex seipso sibi esse causam interitus.

Vnde

VIII.

Vnde sequitur liberum arbitrium in homine nihil esse nisi rem de solo titulo, imò titulum sine re.

IX.

Non enim Animalis, siue Adamicus homo, hoc suo vano & commentitio arbitrio quicquam boni velle, facere, appetere, imò ne cogitare quidem potest.

X.

Sic nec cogi se patitur ad bonum, si autem cogitur, rapitur in diuersa, & coactionem sui odit.

XI.

Malum autem semper cogitat & concupiscit, ac contra legem Dei hostiliter militat, semperq; nititur in vetitum & contrarium.

XII.

Sint sanè aliquo modo, & secundum quid naturalia integra, spiritualia verò non tantum corrupta, sed plane extincta sunt.

XIII.

Adeò, vt in homine post lapsum, & nondum renato, nihil sit, quam intellectus deprauatus, & voluntas inimica & repugnans Deo,

A 3

quæ

quæ nihil cogitat, quàm ea, quæ contra Deum sunt.

XIIII.

Pendet ergò salus hominis peccatoris, extra vires & consilia ipsius, in solius opere Dei.

XV.

Sine opere & spiritu Dei, homo animalis est simpliciter sub Deo huius sæculi, captiuus ad ipsius voluntatem.

XVI.

Mera itaq; sunt figmenta Pelagiana, & vanæ Scholasticorum imaginationes, quæcunq; docentur & fiunt, ante conuersionem & gratiam, pro gratia consequenda.

XVII.

Habet enim se homo in opere conuersionis merè passiuè, & est subiectum tantum patiens, atq; est in manu Dei, sicut lutum in manu figuli.

XVIII.

Actiuæ verò potentia nihil est in homine, nisi indispositio & rebellio aduersus gratiam, sine Spiritu sancto & sine gratia.

XIX.

Ac nihil nisi peccare potens, progreditur

tur

tur de peccato in peccatum, in infinitum.

XX.

Quando etiam malum malo accedit, ut sanam doctrinam non sustineat, & verbum salutis repellat, ac resistat Spiritui sancto, tunc fit hostis Dei, & blasphemat Spiritum sanctum, & sequitur desideria cordis sui.

XXI.

Nec praeunte quidem gratia, comitatur propria corrupti hominis voluntas, nec potest ex se, & suis viribus, assentiri promissionibus Evangelicis.

XXII.

Nec vetus homo iuuatur à Spiritu sancto, ut sua Adamica voluntate, assentiatur verbo praedicato & audito.

XXIII.

Deus uero solus operatur & efficit in ipso, velle & assentiri, omnemque ipse suam sufficientiam habet ex Deo.

XXIII.

Hæc itaque voluntas, qua homo assentiatur verbo praedicato, non est veteris hominis,

nis, sed Dei opus: nam hanc voluntatem creat
& efficit Spiritus sanctus, qui & omnium ali-
orum motuum spiritualium ac donorum au-
thor & donator est.

XXV.

Cum post conuersionem igitur homo no-
uas uires accepit, tum sanè assentitur & coo-
peratur, sed secundum nouum hominem è su-
pernis natum.

XXVI.

Vetus homo tamen carnali suo arbitrio,
perpetuò concupiscit & militat aduersus spi-
ritum, vt ante, sic etiam in & post conuersio-
nem.

XXVII.

Quicquid ergo scriptura homini in ope-
re regenerationis ac renouationis tribuit, hoc
non veteri, sed nouo homini asseribit.

XXVIII.

Sic & diuus Paulus distinctè semper in
suis Epistolis de vtroq; loquitur, vtriq; suum
tribuens dimensum.

XXIX.

Nouum dicit delectari lege Dei, seruire
legi Dei, superna quærere, conuersionem
habere in coelis, renouari in dies singulos, vi-
uere

uere sine lege, sed non uiuere sine lege Christi,
sufficienciam suã habere ex Deo, omnia posse
in eo qui ipsum confortat, agi à Spiritu Dei,
seruire Deo, non in uetustate, sed in nouitate
spiritus, conditum esse in Christo Iesu ad ope-
ra bona, Fructificare in operibus bonis, cupe-
re dissolui, expectare redemptionẽ corporis.

XXX.

Veterem autem econtra ait inimicitiam
gerere aduersus Deum, luctari contra spiri-
tum, seruire legi peccati, in eo non habitare
bonum, repugnare legi mentis, corripì in suis
desiderijs, habere cor lapideum, esse seruũ
peccati, occasione accepta per præceptum in
eo gigni omnem concupiscentiam, carnalem
esse, venundatum sub peccatum, captiuum
legi peccati, non idoneum ex seipso quicquid
cogitare aut perficere, uiuere secundum car-
nem, operari opera carnis, non uelle exui, ge-
mere oneratum &c.

XXXI.

Ex hoc ergo à Paulo posito discrimine
inter veterem & nouum hominem, scimus &
credimus, vitam noui hominis non esse vitam
nostram, sed vitam Christi in nobis.

B

Hanc

XXXII.

Hanc verò vitam non videri, sed audiri tantum, (sicut ventum, qui vnde veniat aut quò vadat, nescimus) fieri quidem actiones noui hominis in carne, sed non veni ex carne,

XXXIII.

In hac vita etiam Christi in nobis, à Iohanne Apostolo docti, scimus, ex Deo natum non peccare, nec peccare posse, seu peccatum non habere,

XXXIII.

Imò peccare dicimus iustum in omni opere bono, septies cadere, respectu veteris hominis,

XXXV.

Sic mundos in verbo, sanctos, iustos & immaculatos credimus, omnes è supernis natos, & nihilominus tamen orare quotidie pro remissione peccatorum,

XXXVI.

Fundata hac confessione nostra super petram firmissimam scripturam sacram, habente quoque consensum Catholicæ veteris Ecclesiæ, non patimur, nos nouorum Pelagianorum impijs his vocibus & corruptelis ab illa auelli, nimirum, DE

(DE SEQUENTIBVS NOVE PROPOSITIONIBVS PRO VIRILI RESPONDEBIT M. VRBANVS PIERIVS.)

I.

Quod homo in sui conuersione aliquid agat, & vel modicula saltem vi liberi arbitrii sese applicet ad gratiam.

II.

Quod voluntas hominis animalis possit assentiri verbo prædicato & audito.

III.

Quod in conuersione tres causæ efficientes concurrant, verbum, spiritus, & voluntas assentiens.

IIII.

Quod liberum arbitrium ante conuersionem habeat aliquam inclinationem ad bonum.

V.

Quod homo ex proprijs suis viribus, non solum attendere verbo, sed etiam hoc prædicatum capere, intelligere, & apprehendere possit.

VI.

Quod homo, sicut sibi est causa reie-

B 2

ctio-

ctionis, ita vel aliquam saltem causam præbeat Deo conuersionis & Iustificationis.

VII.

Quod principaliter quidem agat in conuersione Spiritus sanctus, minus principaliter vires hominis naturales.

VIII.

Quod voluntas hominis habeat aliquam vim, potestatem seu libertatem, qua possit iudicare de rebus diuinis.

IX.

Quod in conuersione de necessitate requiratur voluntas non stertens aut ociosa, sed ex parte hominis cooperans.

X.

Ex quibus liberi arbitrii phanaticis assertionibus subiectæ propositiones, Ecclesiæ & multorum conscientijs perniciosæ, extractæ sunt.

AD

(AD SEQUENTES PROPOSITIONES PRO
Ingenij tenuitate respondebit M. ANDRE-
AS PRÆTORIVS)

I.
Quod fides principaliter iustificet, minus
verò principaliter opera.

II.
Quod fides cum tota nouitate vitæ iusti-
ficet.

III.
Quod fides & opera in iustificatione ho-
minis indiui due sint coniuncta.

IIII.
Quod homo iustificetur ex imputata iu-
sticia, & inchoata simul noua obedientia.

V.
Quod bona opera sint necessaria ad sa-
lutem.

VI.
Quod nemo vnquam sine bonis operi-
bus sit iustificatus.

VII.
Quod coram Deo necessaria sit duplex
Iusti-

Iusticia fidei, & bonæ conscientia.

VIII.

Quod præsentia bonorum operum sit
necessaria in iustificatione.

IX.

Quod noua obedientia sit causa forma-
lis conuersionis.

X.

Quod opera fidem conseruent, auge-
ant & perficiant.

XI.

Quod tres sint partes poenitentia, con-
tritio, fides & noua obedientia.

XII.

Quod noua obedientia sit pars salutis,
& similes assertiones Pelagianæ.

In nomine domini Amen

1781

Quod presens hominum opus est
accusatum in illis rebus

IX

Quod natura christi sit in illis
in conversione

Quod opus sit in illis
in perfectione

Quod opus sit in illis
in perfectione

Quod opus sit in illis
in perfectione



ULB Halle 3
002 378 663



Handwritten text in a Gothic script, likely a library inventory or title, running vertically along the right edge of the page.


Handwritten text in a Gothic script, likely a library inventory or title, running horizontally along the bottom edge of the page.



ant. cecidantur se
e sacre scriptur. **102**
hoc numero conset
e bene notis. Jam
les quadraginta di
cunant. et helyas
n. et ipe dominus n.
ator n. ihc xpc. huc
ii numeru implevit.
isen significatur les.

mus in hoc seculo. **103** u
sumo quam mercedem ad
didit apostolus. Sequitur
et dicit. **104** expectans illam
beatam spem. et manifesta
tionem glie bean dei. et sal
uatoris nri ihu xpi. **105** In hoc
ergo seculo quasi quadragi
simam abstinerat celebra
mus. cum bene unimus.





13

DIVINA FAVENTE
GRATIA.
PRÆSIDE REVE-
RENDO ET CLARISSIMO
viro, Dn. Andrea Musculo, S. Theolo-
giæ doctore, & professore Academiae Fran-
cofordianæ & Ecclesiarum Marchiæ Su-
perintendente generali, pro consequendo
gradu Doctorum in Theologia, in pub-
lica disputatione ad sequentes pro-
positiones de LIBERO AR-
BITRIO responde-
bunt.

M. Iacobus Colerus.
M. Urbanus Pierius.
M. Andreas Prætorius.
Die 10 Maij.



FRANCOFORDIÆ AD ODE-
ram Anno regnantis gratiæ 1576.

9 13

